

h. 9. 2.

Vd  
1544

Ad

*Anniversarium*

Serenissimi Principis ac Domini,

# DOMINI FRIDERICI AUGUSTI,

REGII PRINCIPIS ET ELECTORATUS SAXONICI HEREDIS, DUCIS SAXONIAE, JULIACI, CLIVIAE, MONTIUM, ANGRIAE ET WESTPHALIAE, LANDGRAVII THURINGIAE, MARCHIONIS MISNIAE ET SUPERIORIS AC INFERIORIS LUSATIAE, PRINCIPALI DIGNITATE COMITIS HENNEBERGAE, COMITIS MARCÆ, RAVENSBERGAE ET BARBY, DOMINI RAVENSTEINII,  
*&c. &c.*

Principis ac Domini nostri clementissimi,

*Diem Natalem,*

Decimo sexto Calendarum Novembris

A.O.R. M.DCCII.

felicissimo fidere relucentem,

*Nobilissimis atque Ingeniis quibusdam Juvenibus,*

Cras, divinâ adminiculante,

gratia,

finitis Sacris manutinis

in

Auditorio Superiori,

*ORATIONIBUS SOLENNIBUS*

publice & subiectissime

celebrandum,

Omnis.

*Literarum, & imprimis Athenæi nostri*

*Plurimum Venerabiles Dnn. Patronos, Fautores*

*atque Amicos,*

*ea quā par est observantiā*

*INVITAT*

M. Michaël Thym, Cygn. Con-Rect.

BUDISSÆ, Typis Andrea Richteri,

41  
BIBLIOTHECA  
PONICKAVIANA





Optimus jam procurrere cœpit annus, ex quo per  
immenſam immensi rerum omnium Moderatoris  
DEI bonitatem Serenissimus Princeps ac Dominus,  
Dominus FRIDERICUS AUGUSTUS, Regius Princeps &  
Electoratus Saxonici Heres, Princeps ac Domi-  
nus noster Clementissimus, ex lætissimo & o-  
mni parte fortunato Serenissimorum Principum  
Nostrorum matrimonio in hanc vitalem lucem ingressus est. Incredibili-  
tum ac pene divina lætitiae voluptate Saxones pariter ac Lusatii omnes,  
ceteraque illis adjacentes Provinciæ, faustissimo Novi Saxonici Sideris  
exortu fruebantur. Spes etenim de Eo ac fiducia mentis confirmabat  
univerſos, Domum Augustam Saxoniam Electoralem fulcrojam certo  
subniti, ad feram, si qua futura, posteritatem transituro, nec aliud spe-  
rari, quam ut ex Heroë natus Heros merita ac virtutes omni laude su-  
periores tum MAJORUM, quos torus jam orbis dudum miratur ac  
stupet, tum GENITORIS SERENISSIMI, à quo proximè in Filium  
sangvis derivatus Heroicus est, tum & AVI MATERNI, Incomparabilis  
ætate nostrâ Principis, contemplatur olim, & ad horum omnium imi-  
tationem se totum ficiens, aut propagat, aut orbitarum reddat splen-  
dida, adeoque sub felicissimo Ejusdem regimine Summis pariter ac  
Imis Halcyonia agere liceat. Quocirca una vox omnium, & confensio  
læta, una devotione erat singulorum, quibus optarissimus de desiderari-  
fima hac Narivitate occurrebat nuncius, Vivat Amor Seculi, à DEO da-  
tus, ad amplificandum Preceſſe Domus Splendorem, ac desideria Civium  
abſolvenda. Quemadmodum autem Deus immortalis tanti Boni, quod  
ineffabilem tum temporis universo, qua patet, orbi Christiano attu-  
lit lætiā, auror solus dicebatur, & adhuc num dicitur: Sic & illud  
pio gratoque semper animo infinitæ ejusdem Benignitati acceptum  
foli referimus, quod Principem adhuc nostrum falvum habemus atque  
incolumem, quo Spec̄ felicitatis, lætitiaeque publicæ indies magis  
magisque adaugetur. Neque verò quemquam tam extremæ hominem  
impieratis fore existimo, qui insigne Dei beneficium esse neget. Princi-  
pem suum habere felicem atque vigentem, eo vel maxime tempore, eum  
impotentes turbines fremere, cum ſævæ tempeſtates irrue minan-  
tur, fauto fidere opus est, quod inter media naufragia tutum mon-  
ſtret curſum, ne Reipublicæ navis aut inter brevia fedeat, aut inter ſco-  
pulos allidat ac frangat. Superavit itaque, per singularem quidem Prin-  
cipis Principum Gratiam, Princeps noster Serenissimus, ſuperavit jam  
feliciter Sexennium, ut septimum ominis felicissimi Natalem illius pie  
ac ritè impræfens celebrare possumus. Absit autem, abſit à nobis longis-  
timè, ut eorum multæ vanitatis plenam amplexati superstitionem,  
qui ætatem hominum in Periodos quasdam fatales & decretorias, &  
illud quidem per numerum, quem communiter mysticum vocant,  
septenarium distribuentes adleverare non verentur, quemlibet ex fe-  
ptena-

ptenario consurgentem annum fortunæ pariter atque etiam ipsim  
hominum vitæ tristem atque prorsus tragicum esse pronunciandum)  
nos vereamur temere ne scansilis hic primus annus Principem No-  
strum Regium ac Electoralem variis vita, facultatum & fortunæ ex-  
ponat periculis. Novimus enim potiora miseræ illius gentis argu-  
menta, quibus opinionem suam stabilitum eunt, satis fulcinea, imo  
prorsus nullius esse ponderis, omnemque annorum Climaætericorum  
fabulam cum Chrysostomo pompam Satanicam, cum Avicenna per-  
fidam, cum Varrone potentibus infidam & sperantibus fallacem, cum  
Gaudentio mortiferum Dæmonum cibum, cum Concilio Toletano A-  
nathematis fulmine dignam judicamus. Valeant ejusmodi homines  
climacterizantes, quorum scientiam facer ipse Codex exferit verbis  
prohibet, sanæ ratio proscriptit, & Ecclesiæ primæ ac purioris Do-  
tores acerimè prosequuntur. Equidem est, quod præter divinam  
Sapientissimæ Menti ordinationem in tota rerum serie unquam eveniat?  
Cum itaque indulgentissimum nobis Numen hactenus fuerit, cuius u-  
bique luculentissimi testes habentur, spes sanæ non levis animos subit  
omnium fore, ut etiam favaret porro propitium, & illius tam cari, quo  
nos beavit, pignoris felicitati perennitatem addat. DEUM igitur T.O.  
T. M. subjectissimæ veneratione jamjam precamur, ut quem post tot  
ardentissima vota nobis ante sexennium dedit Principem, communis  
Patriæ Spem, atque Anchoram quasi Sacram, clementissime quoque ser-  
vet, ab omni morbo atque incommodo, ab omni luctu & tristitia, ab  
omni, quod vanilla gens supra memoratae annorum gradibus atque  
numeris somniet, periculo immunem, ut in omniam Principali fasti-  
gio dignarum virtutum, in primis autem veræ pietatis studio feliciter  
crescere & adolescere queat, ut habeat olim ac veneretur Saxonia, Saxonica  
que ditioni subiecta Lusatia Principem Pium, Fortem, Placidum, Sa-  
pienter ac Magnanimum, uno verbo, Principem sui nominis, h. e. **FRI-  
DERICUM AUGUSTUM**, qui ad gloriam Numinis celestis & honorem  
spectat unicè, puriorem Ecclesiam auger, fidem orthodoxam propa-  
gar, Imperiū ac Patriæ salutem amat, & contra perjuros hostes fortiter  
defendit, Saxoniam illustrat, & sibi subditæ genti solatia præstat efficac-  
issima; Vivat, & in statu Reipublicæ felicissimo cum tota Saxonica, Re-  
gali perinde ac Principali Domo procul bello & temporum injuriis alia  
atque alia Sexennia juxta Septenniaque & Novennia laetus traducat. Ut  
autem dies ille memorabilis, & in fastis plus quam candiore lapillo no-  
tandus, qui annuente proprio cœlo tantum nobis Decus ac Præsidium  
elargitus est, religiosissime colatur, nostrarum omnino partum esse exi-  
stimavimus, solenni ritu & panegyri publica Eundem venerari, ut sic de  
cultu nostro humillimo in Principem Serenissimum luculentius constet.  
Atque idcirco Nobilissimis & Ingenuis quibusdam Juvenibus, qui stu-  
diorum gratia apud nos commorantur, id negotii dedimus, ut ex anti-  
qua ac recentissima Saxonum Historia Fridericorum & Augustorum,  
quorum in omne ævum virebunt laudes, splendida cognomina singu-  
larium, quibus prædicti fuere, virtutum argumenta, ponderarent, de-  
que iis oratiunculas, easque admodum breves, publicè & ex prompta  
quidem memoriā recitarent.

Exor.



No 1544 MA

X 3005542

Exordietur itaque & Solennitatem hanc Augustissimis Principis Ele  
ctoralis Nostri Serenissimi Natalibus deberi afferet, simulque ut dicturi  
benevolè audiantur, submissè petet.

Johannes Christianus Henrici, Budiss. Luf.

Quo factò considerabit, & laudibus dignis decantabit ex antiqua Saxo-  
num Historia

I. FRIDERICUM BELLICOSUM,

Wenzel Rudolph à Stenzsch, Eqv. Sileſ.

II. FRIDERICUM PLACIDUM,

Johannes Ernestus de Rechenberg / Eqv. Luf.

III. FRIDERICUM SAPIENTEM,

Christian. Jacob. Bernauer / Bud. Luf.

IV. AUGUSTUM PIUM,

Wolff Hanbold de Muschwitz / Eqv. Luf.

V. ex recentissima historia FRIDERICUM  
AUGUSTUM MAGNANIMUM,

Carolus Henricus de Rechenberg / Eqv. Mis.

Quorum augustas virtutes examussum expressurum Principem No-  
strum ex accurata ac tollerti educatione, qua Incomparabile Heroina-  
cum Par, AVIA nimurum ac MATER SERENISSIMA funguntur,  
haud vanè auguratur.

Wolff Hertwig de Nostitz / Eqv. Luf.

Tandem denique Carmine Germanico de Eodem felicissima quæque  
ominatur Lusatiae

Carl Henricus de Rechenberg / Eqv. Luf.

Et clauſulam post concentus musicos imponet, & Auditoribus gratias  
aget.

Johann Christian Höfichen / Budis. Luf.

Ut itaque torus hic actus ad gloriam imprimis Dei celebrandam, &  
Serenissimo Principi nostro devotionem humillimam declarandam, in-  
stitutus est, ita nulli dubitamus, quin cum Venerandis DNN. PATRO-  
NIS arque EPHORIS Athenæi nostri Ordinariis, quicunque adsunt IL-  
LUSTRES ac GENEROSISSIMI, & præterea omnium Ordinum ac Di-  
gnitatum spectatissimi Viri singulare hoc erga REGEM ac PRINCI-  
PEM NOSTRUM ELECTORALEM Pietatis argumentum prodi-  
turi, frequentesque ac Benevoli ad auscultandum, & vota pro Eorum  
dem Incolumitate hac occasione nuncupanda accessuri sint. Arque il-  
lud ipsum est, quod observantisimè, submissè per quam ac humanissimè  
rogamus, sedulò daturi operam, ut tanti innos collati Beneficii genus  
rectè attinemus, arque adeo, quod Poëta ait:

Semper apud memores tanti stet gratia faci.  
P. P. IV, Nonarum Nov. A. C. M. D. CCH,

103) 05 80

VD18

h. 9.2.

Vd  
1544

Anniversarium

Ad

Serenissimi Principis ac Domini,

DOMINI

FRI  
RICI  
STI,

REGII PR  
NICI HER  
CLIVIAE, M  
LIÆ, LA  
NIS MISNI  
LUSATIA  
TIS HENN  
E

Princ

Nobilissin

OR

Plurimum

atque Amicos

M. Michaël Thym, Cygn. Con-Rect.

BUDISSÆ, Typis Andrea Richteri,

CTORATUS SAXO-  
XONIÆ, JULIACI,  
LÆ ET WESTPHÄ-  
LINGIAE, MARCHIO-  
IS AC INFERIORIS  
IGNITATE COMI-  
CÆ, RAVENSBERGÆ  
ENSTEINII,

clementissimi,

Novembris

I.

entem.,

busdam Juvenibus,

ante,

is

riori,

ENNIBUS

ei nostri

patronos, Fautores

ea quā par est observantia

INVITAT

